



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1691. usque ad annum 1701

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 57. Quorumdam Scriptorum religione Catholicorum opera & obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67627](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67627)

Sæc. XVII. mittatur, nisi ter quaterve prius con-  
A. C. 1693. fessus fuerit, & ita se ad Confessionem  
 generalem disposuerit: Injunxit quoque Synodus Parochis, ut si Capella-  
 nos habent, diebus festis ante & sub  
 eorum Missa, & vicissim sedeant pro  
 confessionibus excipiendis, sicut & in  
 festorum vigiliis, ut populus ad fre-  
 quentanda Sacra menta alliciatur. Deni-  
 que voluit, ut Custodes in Ecclesia  
 servientes semper toga talari, & super-  
 pelliceo induiti sint. Præterea Cæ-  
 natensis Episcopus hoc anno Synodum  
 habuit, in qua laxiores opiniones eli-  
 minaturus damnavit sententiam eorum,  
 qui asserere ausi sunt, nemini, quam-  
 vis prava consuetudine irretito, denegandam esse Sacramentalem absolu-  
 tionem.

## §. LVII.

*Quorundam Scriptorum religione  
Catholicorum opera & obitus.*

*Du Pin nouvell. Bibl. tom. 18.* Ex Scriptoribus Catholicis, qui hoc  
*Cerf Bibl. des Auth. de la Congr. Mem. des Homm. Illistr. t. 2. pag. 384.* anno universale æternitatis iter in-  
 gressi sunt, suis lucubrationibus celebre  
 sibi apud posteros nomen compararunt  
 sequentes. I. Joannes de la Mainferme ex Ordine Fontis Ebraldi, qui in  
 defensionem Roberti de Arbriffelles  
 hujus Ordinis Fundatoris tres tomos scri-

scripsit contra calumniatorem hæreti-  
cum Rosælinum. II. Ludovicus Bult-  
eau Benedictinus ex Congregatione  
sancti Mauri scripsit Historiam Mona-  
chorum Orientis, versionem Dialogo-  
rum S. Gregorii Magni unacum eru-  
dita Præfatione, in qua tam ipsum o-  
pus suo Authori, quam miracula ve-  
ritati vendicat: edidit insuper Histo-  
riam Monachorum Occidentis, seu Sy-  
nopsis Historiæ Ordinis S. Benedicti,  
Curam Clericalem, Vindicias opinio-  
nis Lactantii de usura, falsum deposi-  
tum, seu refutationem errorum popu-  
larium circa usuram; Gallice etiam  
reddidit Ludovici de Vives introductio-  
nem ad sapientiam. III. Christopho-  
rus Tachon ex eadem Congregatione  
posterioris reliquit librum de Sanctitate  
& officiis Concionatoris Evangelici,  
artem bene Concionandi, & succin-  
tam methodum Catechisandi. IV. Ja-  
cobus du Frische ejusdem Congrega-  
tionis Monachus concinnavit novam e-  
ditionem S. Ambrosii unacum notis,  
aliam editionem S. Gregorii Nazian-  
zeni, quam morte præventus Francisco  
Louvarto complendam reliquit. V. Pau-  
lus Pelisson, qui ex Scripturæ S. & Pa-  
trum lectione Calvini errores, quos  
materno lacte suxerat, detegens, at-  
que ad Ecclesiæ Sinum reversus, acri-  
*Hist. Eccles. Tom. LXVI.* M ter

Sæc. XVII. ter Sectarios impugnaverat: Scripsit  
 A.C. 1693 reflexiones in dissidia Religionis, atque  
 earum vindicias contra Leibnitium,  
 Chimæras Juriei seu responcionem ge-  
 neralem ad ejus Epistolas Pastorales,  
 tractatum de Eucharistia contra Au-  
 bertinum, Paraphrasin in Institutiones  
 Justiniani præter poemata Christiana,  
 & breves preces sub Missa. VI. Ioan-  
 nes Dominicus Nicoluccius Ord. FF.  
 Præd. vulgavit tractatum Theologicum  
 de Justificatione impii, Scrutinium Sa-  
 cerdotale, tractatum de paupertate Re-  
 ligiosorum & novum thesaurum Sacer-  
 dotum. VII. Carolus Patin publici ju-  
 ris fecit Familias Romanas ex antiquis  
 Numismatibus, introductionem ad Hi-  
 storiam ex scientia numismatum, in  
 quo tamen opere Sabotum deflorasse  
 carpitur ab Authore Diarii Eru-  
 ditorum, scripsit etiam Icones & vitas  
 Professorum Patavii, commentaria in  
 monumentum Marcellinæ, & Ceno-  
 taphium Astorii præter plura alia ope-  
 scula Medica, aliaque Numismaticam  
 scientiam illustrantia.

### §. LVIII.

*Scriptores Acatholici hoc anno mor-  
 tui, eorumque opera.*

Pari-